

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4589

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

739

C O D I C E S

740

bach czeben Mark, cze Landestratz czeben Mark) confirmat, et Hospitum receptiones, pernoctationesque in Coenobio prohibet, dum Res ejus familiaris denuo recretetur. Data: cze Laubach Anno Domini MCCLXXVII.

Finem facit Regimen contra Pestilentiam missum, ut praeferatur, a graecis Magistris auz Saligñ, quod fortasse corruptum diccas e Salerno, famosa illa Medicorum Schola. Omnia haec idiomate germanico.

CCCXL.

R. 2230 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 169. f. maj. per duas columnas commode scriptus, coloribus distinctus, et quondam Bibliothecae Episcopat. Neostadiensis continet D. Aur. Augustini de Civitate Dei contra Paganos Libros XXII. Initium facit: *Sententia de secundo libro retractationum* (c. 43.) *beati augustini in libro de ci. dei.* quemadmodum etiam in Edit. Maur. Paris. T. VII.

*Sis celi civis, gaudenter vivere si vis.
Christi passi vis tibi donet vivere vivis.*

CCCXLI.

R. 2235 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. Folior. 291. f. max. per duas columnas eleganter exaratus, rubricis et florente initii Litera picturata decorus, olimque ejusdem Bibliothecae aliud Exemplar est praecedentis Operis; hic vero Locum e L. II. Retraet. sequitur

1685. f. antecedit, sed cum ibi legitur: *Interea Roma — eversa est, cuius eversionem &c. nos habemus: Interea cum Roma — eversa est, ejus eversionem &c. non sane pejus. Sequitur: Incipit prologus in librum de ciui. dei contra paganos. Ita: Gloriosissimam ciuitatem dei sive in hoc temporum cursu &c. Tum Liber I. Ex hac namque ciuitate existunt &c. Capitibus Librorum omnium praescripta sunt minio argumenta eadem, quae in Editionibus leguntur, et in fine Codicis denuo ex iis confectus est Syllabus. Lectio satis proba est, et Opus integrum. Ad calcem accedit Declaratio quorundam ambiguorum in libro de ci. dei positorum, et primo quidem, quae Augustinus L. XIII. c. 16. e Timaeo Platonis a Cicerone latine versat, e versione Chalcidii representantur, dein succedunt mera grammatica levis momenti v. g. Ignis et plurima hujusmodi accusativum pluralem in es uel in is inifferenter faciunt. Finem facit hic lufus:*

Syllabus Librorum et Capitum. Cetera ejusdem rationis sunt, neque deest ad calcem *Declaratio supracit.* quamvis Inscriptione carreat.

CCCXLII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 174 Folior. 400. f. per duas columnas

nas

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4589

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

741

P A T R I S T I C U

742

nas rudi calamo exaratus et miniatius complectitur S. Augustini *Libros XXII. de Civitate Dei*, quorum I. incipit: *Gloriosissimam Civitatem Dei sane (five) in hoc temporum cursu cum inter pios (impios) peregrinatur &c.* Vides non polliceri multa Exemplum istuc, et tamen ad L. XI. calcem legis: *Correitus est deo gratias.* Libro XII. praescriptum est: *Incipit secunda Pars &c.* Libri quidam habent Capitulare. Extremo subiectum est: *Martinus Delhorn patricius.* Thecis intus adglutinatae sunt Membranae quaedam Talmudicae.

CCCXLIII.

U. 175 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 107. f. min. per duas columnas scriptus, rubricis distinctus, et, ut praefert, quondam Collegij ducalis Bienn. continet amplum et laboriosum *Indicem Rerum in superiore D. Augustini Opere contentarum ordine Alphabeti digestum praevia eo utendi Methodo*, quae incipit: *Ut de infra scripta tabula noticiam plenioram habere valeas &c.*

Fol. 103. sequuntur Initia Capitum omnium XXII. Librorum de *Civitate Dei*, et ad calcem: *Explicit Tabula capitulorum.*

CCCXLIV.

R. 3054 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 75. f. currente calamo scriptus, rubricis enotatus, et olim *Monasterij S. Dorothée*

wienne Folii 4. praeviis Excerpta continet e Libris S. Augustini de *Civitate Dei*, tum Fol. 5. incipiunt S. Hieronymi Epistolae, computanturque XXV. sed contrahendus est is numerus. Nam, quae fol. 6. altera adversus Vigilantium dicitur, est ipsus Hieronymi adversus hunc Liber, qui extat Edit. Vallars. Opp. T. II. col. 387. hoc initio: *Multa in orbe monstra generata sunt &c.* Quae fol. 9. ad *Oceanum de Vita Clericorum* inscribitur, spuria exultat in Append. five T. XI. Edit. cit. ad col. 270. Epistola ad *Matrem et Filiam Praefationem* habens Edit. cit. T. II. col. 776. nobis fol. 55. in duas dividitur. Idem accedit Epistolae ad *Pammach. et Ocean.* T. cit. col. 518. quae nobis fol. 61. ad illa verba: *Ipse Origenes in illa Epistola quam scribit &c.* novam Rubricam praefert: *Jeronus de penitentia Origenis.* Praeterea Epistola: *Ignota vultu &c.* quae T. cit. col. 812. ad *Hedibiam* data est, nobis fol. 63. ad *Theodosiam* datur, de quo Vallarsius nihil notavit. Ad calcem habetur: *Explicant epistole Jeronimi per manus Nycolay.*

Fol. 65. succedunt quaedam *Augustiniana*, videlicet *Marcellini* ad illum cum Responso, Aug. ad *Probam et Julianam*, *Paulini* ad illum cum Responso, Aug. ad *Laetum, ad Armentarium et Paulinam, ad Evodium, ad Ecdiciam*, et altera ad *Evodium*. Igitur numero X. quae omnes extant T. II. Edit. Maur.